



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO VIII.
CELEBRATA DIE IX.
MENSIS MARTII.
M. D. XLVII.

Decretum de translatione Concilij.

Placetne vobis decernere, & declarare, de huiusmodi morbo ex præmissis, & alijs allegatis ita manifestè, & notoriè constare, ut Prælati in hac ciuitate sine vitæ discriminine cōmorari, & in ea accirco inuiti minimè retineri possint, et debeant? itēq; attēto recessu multorum Prælatorum post proximè preteritam Sessionem, & attētis protestationibus aliorum complurium Prælatorum, in Congregationibus generalibus factis, hinc omnino timore ipsius morbi abire volētum, qui iustè detineri non possunt, & ex quorum discessu Concilium vel dissolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progressus impediretur; & attento etiam imminenti periculo vitæ, & alijs causis per aliquos ex Patrib. in ipsis Congregationibus allegatis, ut potè notoriè veris, & legitimis; placet ne vobis similiter decernere, & declarare, pro conseruatione, & prosecutione ipsum concilij, securitate vitæ ipsorum Prælatorum, Conciliū ipsum ad ciuitatem Bononiam, veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum, pro tempore transfe-

rendum

rendum esse, & ex nunc transferri, & ibidem Sessionem iam indictam, statuta die, 21. Aprilis celebrandam esse, & celebrari, & successuè ad ulteriora procedendum, donec Sanctissimo Domino nostro, & sacro Concilio expedire videbitur, ut ad huc seu alium locum, communicato etiam consilio cum Invictissimo Cæsare, Christianissimo Rege, & alijs Regibus, ac Principibus Christianis, ipsum Concilium reduci posit, & debeat: Respondunt. Placet.

SESSIO NONA,
BONONIAE CELEBRATA
D. B. XXI. MENSIS A-
PRILIS M. D.
XLVII.

Decretum prorogationis Sessionis.

Hec sacrosancta & cœmenica, & gene-
ralis Synodus, quæ dudum in ciuitate
Tridenti congregata erat, nunc Bononiæ in Spiritu sancto legitimè cōgregata, præ-
sidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo
Patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina
prudentia Papæ III. eisdem Reverendissimis
Dominis D. Io. Maria, Episcopo Prænestino, de
Môte, & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalem
Presbytero, S. R. E. Cardinalibus, & Apostoli-
cis de latere Legatis, considerans q̄ die 11. mē-
sis Martij, præsentis anni, in generali publica
sessione, in eadē ciuitate Tridēti, & in loco cō-

suetu